



Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Dominica XVII. Post Pentecosten. Accesserunt ad Jesvm Pharisæi, & interrogavit eum unus ex eis legis Doctor tentans eum: magister, quod est mandatum magnum in lege? D. Matth. cap. 22. Argumentum. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

Bellar ibi
v. 9 fol.
365.

In inferno inferiori cogentur perpetuo habitare. Tradentur in manus gladii. Quoad animam, quæ creto à demonibus erucianda destinabitur. In inferno non quiescent, multo minus fruuntur bonis terræ, sed tradentur in manus gladii, id est in potestatem tormentorum; supplicia enim ut in stramentis Dei iudicis supremi, & irati in miseris sine cessatione delectationi, partes vulpium erunt. Quoad opes, quas tor ulcus conservant. Et conla-

guineorum quasi vulpes quilibet partem suam sibi vindicare se debet. sed hoc pessimum, & maxime abominandum defectum avaritæ, quod eloquium sufficienter perstringere possit. & per quidem deturpari verbis, sed non satis, quia descriptior est, & turpiter quam ut ore hominis possit poni. Nil præter dicta addere possunt, nisi quod à me allata umbra sint respectu eorum, quæ alii adferre possent.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Accesserunt ad IESUM pharisæi, & interrogarunt eum unus ex eis legis Doctor tentans eum: magister, quod est mandatum magnum in lege?
D. Matth. cap. 22.

ARGUMENTUM.

Malorum est proprietas pallio sanctitatis propria commoda velare.

Luc. Phil.
Zeno de
Cyri in ph.
1. & de re
equestris.
Io. Seref.
lib. 8. de
nugis cu-
rial. c. 14.
fol. 130.
Onofand.
stratag. c.
23. f. 71.
col. 2.
Val. Max.
lib. 7. c. 4.
n. 2. de ex.

DUM victoria hæret anceps, ac difficul-
ter robore manuum, aut vi armorum ob-
tineri potest, experti, ac generosi duces
stratagemata, & astus adhibere solent.
Hinc dixit Lucianus: *Lauda dignus qui hostem
fallit. Zenon nihil utilis in bello doli. Et Dactus
Seresbertensis: stratagema est pars calliditatis e-
gregia, & ab omni reprehensione procul remota.*
Documentum illud militare Onofandrus tanto
rigore docuit. *Necessarium enim mendacium
dici oportet, certamen ubi exitus ingens, ac hostibus
deiciendis, suis animandis, mortem ducis inimici
clamando fingere licet. Occubuit hostium impe-
rator. Et deia subjunxit: Tantum persape milita-
tis adferi suos & hostes iuxta decipere, illos quidem
fraus, istos vero luctuoso mendacio. Si credimus
Valerio Maximo, Hannibal in prælio, quod con-
tra Romanos suscepit: *Ante omnia prævidit, ut
Solem, & pulverem, qui ibi vento multus excitari
solet, adversum haberet, deinde partem copiarum
suarum inter ipsam prælii tempus de industria fuge-
re iussit, quam cum à reliquo exercitu abruptam,
Romani sequeretur, trucidandam eam ab iis, quos
in insidias collocaverat, curavit.*
Idem Hannibal, dum Italiam ferro, & igne*

devastaret, Fabii Maximi insensissimi sui ho-
stis nihilominus bonis pepercit, non ob aliam
causam, nisi ut apud senatum eum suspectum
redderet, & hoc medio proportionato eum im-
perio privaret. Audite quo astu & stratagemate
Colleratides Cirenensis arcem Misagretæ occu-
pavit. Quatuor milites infirmis fixit, gubernatorem rogavit, ut illos admittere vellet, donec
convalescerent, se eum remuneratum itaque
quatuor generosiores elegit, & cum armis sub-
secundis quatuor lectis impoluit. Hi postmodum
invadentes exercitibus quoque obvios occi-
derant, & confodalius aperientes portas, ar-
cem obtinuerunt. Galli capitolium Romanum
obsederant, nec illud valentes subjugare, victu-
lia defutura credebant, & sic infra paucum tem-
pus fame coactum ad deditionem cogendum,
Romani hoc subodorantes, esto victualia defec-
tissent, & ad extremam necessitatem essent red-
ducti, tamen omnem prægem ementis propo-
re resolverunt. Ex hoc obsidentes concluserant,
obsessos victualibus abundare, & obsidionem
solverunt. Sic refert Valerius Maximus: *Pennis
nimis jacere compluribus ex locis ceperant, quo
Euculo obstruendo infirmamque frumcuti abo-*

hantium superesse credentes, ad pacem omnia obsequia compulerunt.

Resistente Frontino: Epaminondas, ut militatissimam, & certos de victoria redderet, omnia stratas Deorum noctu clam armavit, & de illis vocis voce Deos pro iis arma sumptis, proclamari fecit. Et quando unquam Graeci subjugaverunt Trojam, nisi per alturum Simonem, & per stragem equi milites occultatis inibi: adhibuit.

1. Sed quid dicemus de stratagematibus non ingenuis, & laude dignis, sed malitiosis, & vituperandis, mane Pharisaei Salvatorem aggressi sunt, ut eum inexpugnabilem ejus sanctitatis demolirentur? nunc plena manu eum invadebant, jam vigili oculo eum observabant: Nunc ista nunc illi enim tentant, & quia rationibus eum capere, & tenere non possunt, frequentem congressum eum morere, & fatigare conantur.

Eum interrogant, non ut veritatem indagent, sed si succedat, ut alio eum velut imprudentem noceant: Omnes subjungit idem Eusebius, eum tenent, & omnes eum Magistrum vocant, non tamen quasi de magistro veritatem volunt scire, sed potius, si fieri possit, eum quasi incautum in aliquo sermone capere desiderant. Et ut ait Chrysostomus unus tantum loquitur: *Vi si quis vice, omnes videntur ructores, si autem victus fuerit, vel solus videatur confusus. Magistrum vocat omnes non vult esse Discipulum.* O vitiosa stratagemata intendi nocere. Tentant enim sed hoc vult medicare bonitate: Quod est mandatum magnum in lege simplicissimum, concludit Chrysostomus, interrogat, sed malignissimum insidiat. Sed quae hoc admiramini? Non epiphetas est malorum pravorum conceptus stratagemate virtutis, & sanctitatis expolire, ut praesenti discuti audietis. Traque favore silentii, & attentionis mihi factus, & ordior.

PARS PRIMA

Interrogavit enim unus ex eis legis Doctorem veniensimum, &c.

Christus Sacerdos suo responso, & doctrina confuderat, & convicerat, & quia ei responderi non poterant, nec in venire alia sophismata, Pharisaei novis cavillationibus, Non deinde quibus sed et occidit & experienti eum sunt aggressi. Pueros in hoc imitari sunt, quorum mos est tale meo beato Simone a Cassia, cum desce-

rint in lucta, reintegrare luctamen. Et juxta Jansenium de primo praeccepto legis eum interrogant, plurimos in hoc habuerunt antecessores, qui ut intento stuantur, & proprium interesse obtineant: pallio religiositatis se vestiant. Supra fundamentum virtutis fabricam malitiae erigunt, instrumentis sanctitatis machinas pravorum conceptum fabricant. Viam bonitatis ineunt, ut pravum suum intentum assequantur, sancti evadunt, ut tantum gratiam eorum, a quibus favores sperant, veniant. Et ut dicit superdictus Beatus. *Ad eximitatem virtutis, verbis jam transisse videntur, protologica de illis loquentes, conferentes, & dissimulantes, & arguere de scripturis sacris edisserunt, & sunt ab illis omnibus alieni, longe facti animo, atque scientia, moribus quoque ab his, quae scire fingunt, observareque praetendunt, & cum videntur apicem attingisse, nondum adorsum sunt: prout iste teniator, qui minorum mandatorum pravariicator existens, posse de primario presumebat.*

4. Ita sunt mali, ut praeterea pietatis sibi licitam faciant omnem impietatem, & ut dicit nos- ter Joannes de la Hay. *Subiecta boni suas fraudes moluntur.* Cum dulcedine amatorem insulant, benevolentia offendunt, beneficia absunt, amore odio habent, defensione offendunt, oculis produnt.

— [Proterva sunt inimici semper oculos. — Acerba, sic non verba, blanda, sed iure.

Per risum tibi lacrimas eliquant, per honorem te defamant, per luxurias te affigunt, ostendunt tibi panem, dum tibi lapidem dare volunt. *Alteram manus sper lapidem, panem offert altera. Tibi offerunt electuaria, dum virus porrigere volunt, juxta illud Poetae.*

Impia sub dulci melle venena latent. Dum te volunt laqueis innodare proditio- num, verborum melos te alliciunt, velut ille Auceps, de quo Cato.

Esula dulce canit, volucrum dum decipit Auceps.

Inviant ad recreationes, dum in tuam ne- cem conspirant. Ut commune illud adagium verificatum videatur.

Chiri fa quel obo non l' suez. Osha traaito, o pur traditi vulo.

B. Simon. ubi supra.

Joan. Hay. Tom. 2. Gen in 1 tab. Dom. 27.

Nicol. Reusner. class. 1. Symbol. 44 f. 16 r.

Plaut. in Aulularis.

Ovidius.

Cato.

Quod

Quod sic latine reddo: *Quid tibi exhibet in soluta, vel te prodidit, vel proderet vult.*

Gen. c. 4
Sep. & D.
Ambros.

5. Cain Abelem fratrem ut secum ad campum egredere, animam oblectaturus vitore herbarum invitavit. Egrediamur foras, septuaginta legunt: *Transeat in campum.* Græcus substituit: *in agrum.* Ac si dixisset, charissime frater, mecum ad gradum veni, mea prædia tibi ostendere volo. Cupio, ut delecteris floribus, aua suavi, viriditate agrorum, quæ cor recreat, mentem reficit, spiritus restituit. Audite Cy- rillum Alexandrinum: *Audis? quo pacto vocarit in agrum. ut spectator sua diligentia, cultura que esset, ut pulcherrima florum varietate oculos pasceret.* Sed facta quantum dissonant à verbis! infidiosè eum invadit, & fuste nodosa armatus occidit, *Conjuravit adversus fratrem suum, & in Alcai impietatis innocentem fratrem victimam morti offert.* Peterus aliorum opinionem adducens sic concludit. *Alii putant eum blandè & amanter locutum cum Abel, dissimulando odium, quod peccatore gerebat; quo facilius eum quo vellet adduceret, incautumque opprimeret.*

S. Cyril.
Alex. l. 1.
Glash.

Petrus
lib. 7. in
Gen. 10. 2.
fol. 732.
lib. A.

8. Jacob è Melopotamia lates paternos re- petcas, cum tota familia sua in Socoth terra m deliciofissimam, & saluberrimam pervenit. Dina filia Lia puella venustissima curiositate ducta, vestes, quas puellæ illius regionis gestarent vide- re voluit, Domo ergo exiit, & animi oblectan- di causa dum extravagaretur, fuit conspecta à Principis Sichem filio Hemor, qui Dinæ amore captus eam rapuit, hunc lapsum filii Jacob in- tellexerunt, & injuriam sibi maximam utroga- tam censuerunt, hinc le ulcisci, & vindicare cum damno transgressibrem decreverunt, *Audite, quod acciderat, irati sunt valde, eo quod fratrem rem operatus esset Israel, & violata filia Jacob rem illicitam perperasset.* Providens Hemor sibi peiora ex hoc obventura, filios Jacob quaesivit, eosque verbis & factis pacare studet, declarans se contentum, ut Sichem eam duceret in uxorem, & sic affinitatem contraherent, *Dare e- am illi uxorem, & jungamus vicissim connubia.* Præterea dedit illis, ut dicere solebant, *ebariam blancam, ut proponerent quæcunque placerent, se in omnibus is condescensurum: Quæcunque statueritis dabo vobis, augete dotem, muneræ po- stulate.* Sed audite, quidam proposuerint: *Respondent filii Jacob: non possumus facere, nec dare sororem nostram homini in circumsio, circum- cidatur in vobis omne masculini sexus.* Hic quæ- ro qua de causa à Rege Hemor, & Principe Si-

Gen. c. 34

7. Alia ponderatione volo ut obdervemus filios Jacob. Sacer textus loquens de Joseph, dicit eos ab illo apud patrem de scelere gravissimo infimularos, *Accusavit fratrem apud patrem crimine pessimo.* Verum alii sunt contrarie o- pinionis, nempe Josephum à fratribus inno- center accusatum, sic septuaginta. Detulerunt autem Joseph crimine malo ad Itæam patrem ip- sium. Isidor. Pelensiora: *Factum est ut pessimum in eum vituperationem commentis sui Chrylo- stomus, detulerunt Joseph de crimine pessimo: Quænam ex his opinionibus sit probabilis, ex- aminare nolo, sed supposito quod fratres inno- center accusaverint Josephum, causam inquæ- re nolo. Videbant fratres Josephum præ con- viciis viliteribus patris hæretæ, Israel autem*

chen petierint ut circumciderentur. Forsitan eos ad veram religionem perducerent cogunt, inquit Ablucensis: hæc propositio fuit illage- ma, ut injuriam illatam conciliari possent: Hinc, ait Scriptura. *Respondent filii Jacob in dolo, Con- sultarunt, quid actu opus esset ad injuriam vin- dicandam; eos vi invadere tem distulit putan- bant, quia habebantur suspecti, & hostes. Nal- lum aliud esse medium concluderunt, quam is suadere, ut abnegato paganismi nostram reli- gionem amplectantur, & circumciderentur, & hoc factò, nos cum is cogitationem contrahere velle, sic omnem suspensionem tollentes, & liberè nobiscum conversabuntur, adeoque levi negotio injuriam nobis illatam nec eorum vin- dicare poterimus. Quis hie dolum horum adolecentium non videat perfidiam à circum- ligionis, scilicet circumcissionem, ut hoc modo eos facili negotio jugulare possint. Abulensis horum actum præ omnibus optime perspexit: *Recedentes ad modicum spatium (nomen filii Jacob) inter se consilio habito, illam fraudem machi- nati sunt. Dolor magnus & rabies morabat eum ad istam fraudem, cum aliter se vindicare non pos- sent.**

Sed in quo consistebat hæc fraus? quæ fuit hoc stratagemata? doctissimus Tostatus loquitur: *Dolus erat in hoc, quia isti non propositionem con- cisionem quasi zelatores viderunt, ut quædam videlicet atrahere Sichemiti ad Dei cultum, sed ut eos sic occiderent. Et proponerant bonum ad malum inveni- cionem.* Hujus etiam opinionis fuit R. operus Abbas: *Dolus in eo exiit, quod Jacob, & verba locuti sunt, non ut proferret ad salutem facerent, sed ut securos, & imparatos levius occiderent.*

7. Alia ponderatione volo ut obdervemus filios Jacob. Sacer textus loquens de Joseph, dicit eos ab illo apud patrem de scelere gravissimo infimularos, *Accusavit fratrem apud patrem crimine pessimo.* Verum alii sunt contrarie o- pinionis, nempe Josephum à fratribus inno- center accusatum, sic septuaginta. Detulerunt autem Joseph crimine malo ad Itæam patrem ip- sium. Isidor. Pelensiora: *Factum est ut pessimum in eum vituperationem commentis sui Chrylo- stomus, detulerunt Joseph de crimine pessimo: Quænam ex his opinionibus sit probabilis, ex- aminare nolo, sed supposito quod fratres inno- center accusaverint Josephum, causam inquæ- re nolo. Videbant fratres Josephum præ con- viciis viliteribus patris hæretæ, Israel autem*

Abiebat Joseph super omnes filios suos. Ut eum gratia patri privarent, & ipsi amorem patris haberent patris quaerentes, & sub specie sanctitatis, de re religionis Josephum inculpauerunt, quasi Deum isonoraret. ejus praecepta violando, specharet illud, quod Deus Noe egreslo ab arca dicit. *Tantum olera virentia tradidi vobis, prater hoc, quod carnem cum sanguine non comedatis.* Quis itas fraudulenter honorem divinum allegant, ut infamem Josephum, ut faceret peccatorum conceptum allequantur, afficiantur per scalam virtutum, & ut ait Richardus, to officio religionis fabricantur instrumeta quibus noceat farti. *Cum mala sit omnis malitias, pessima tamen est hujusmodi mala fides, qua sub specie sanctitatis sua exercet injuriam, facit enim quando sevit in proximum ex vitio invidiositatis, vel deventio vidit, fingit sibi cogitatio, quod faciat illud pro zelo justitiae.*

8. Observe illuc inquam modum, quo Laban cum Jacob egit dum ob mem & tuum litigantem Jacob servituti hanc mercedem debitam urgebat. *Da mihi uxorem, & liberos meos, pro modis servos tibi, ut absam, tu nosti servitutum, qua servos tibi.* Laban, qui nihil minus quam Jacobum remanenti cogitabat, Audire quale modum adhibuit: *Ego inveni gratiam in conspectu tuo experimento dicit, qua benedixit mihi Deus propter te.* Hunc modum loquendi admittit. Et idololatra, & nunc Deum verum suum agnoscit esse benefactorem quando incepti esse veteris adorator nostri Dei? Deum voluit cretum venite Jacob, ne e bursa nummos extraheret, & mercedem solveret habitu religionis, & sanctitatis se velle. *Forma quidem verborum, ait Lippo maanus, pietatem praesentium, reverentiam proprio commodo praesentit, suas cupiens magis devotus negari.* Et quidam moderato s subjungit: *Pietatem ob servat, non quia prius est, sed ut hoc praetextu, & simulatione sua conjurat, vilitat.*

9. Rex Achab, ut post audientias praestitas animam ob curas regni gravatam sublevaret, & consilii regio ad fenestram accessit. Ex illa vineam Naboth Jezrahelitar in colle quodam non procul ab urbe sitam conspexit. Pacuit ei non solum ob situm, & vicinitatem, sed etiam quia erat oppime cula & sepibus cincta, ne ferre illam ingredi possent. Accessit Naboth, eamque postulat, ei pecuniam ejus valorem ita quantum meliorem vineam le daturum spondens. *Da mihi vineam tuam, dabo tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas argentipre-*

tium quanto digna est. Verum Naboth absolute ei denegavit vineam, allegans a parentibus se illam hereditasse, nec ullatenus se illa posse privati. *Propterea sit mihi Dominus, non dabo hereditatem patrum meorum tibi.* Ad hanc repulsam, ita Rex Samariae fuit turbatus, & tantum se ex hoc demonstravit sensisse dolorem, ut ab eo discessit, digitos momoideret, pedibus saltatis, & maxime pete afflicto, in lectum se conjecit. Imo cholera appetitum mansit: Regina Jezabel eum visitat, & causam doloris inquit; audiens vero a Naboth sibi responsum: *Non dabo tibi vineam meam, statim subjuxit, ne se affligeret, sed mentis affligeret se ipsam in id ituram, ut vineam accipiat: & Naboth preterit ob vineam negaram; Surge, & comede, & a quo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth.* Nunc audire quale stratagemata adhibeat. Conclave suum intravit, & literas ad primates omnes civitatis hujus tenoris dedit: *Prædicate jejunium;* Sed cur indicit jejunium, dum vulgasset vineam Naboth: sacra Scripura id expresse declarat: *Sedere facite Naboth inter primos populi, & submitte duos viros filios Bel ad contra eum, & solum testimonium dicant: Benedixit Deum, & regem, & ducite eum, & lapidate, si que moriatur.* O impiam mulierem: ut innocenter occidat, vineamque ei adimat, indicit jejunium, opus pium adhibens, ut suas nequitias, furtum nempe, & homicidium compleat: sic testatur Ponterradiensis: *Jejunii religionem praedicans, ut justis sanguinem fundant.* Et Rupertus Abbas id confirmat: *Quantum fuit in caelo spe faculum, dum tam crudelem cruorem sitiendo calidi simulatores praedicaent jejunium?*

10. Hoc sensu Salvatore dixisse credo: *Pa cum benedixerint vobis homines, sed quis a benedictionibus hominum sibi unquam imaginatus fuisset, fatalia infortunia & calamitates gravissimas orti, quia imo imprecationes solent esse instrumenta, quibus mala in officina furoris fabricantur.* Christus dicere voluit, dum audis, te ab impio laudari, celebrari, benedici, & tibi, nam insidias, ignominias, damna tibi stant: cave tibi, quia sunt cometae, mala auguria, quae tuam ruinam, tuaque praecipitia praediciunt: *Plane ostentatio malum omen est, immodica enim virtutis praedictio, certa est vitii praesagium: Probitatis laus, augurium improbitatis est, dicit cap. 11. v. 5. s. virtutes praedicas, aut veras mentitur.*

Didac. Baer. som. 3. lib. 14. cap. 14. s. 3. Rupert. Abbas apud eundem ibid. Matth. Didac. Celada com. in Is. 11. v. 5. s. 9. n. 38.

C c

11. Id

11. Id

17. Id ex scriptura probemus. Rex Saul dire agitabatur a furis infernalibus, demon ita eum torquebat, ut somnum ex corde ejus prosciperet, ita ut nec diu, nec noctu quietem haberet, suam fuit ipsi, ut Citharædum adficeret, qui fides digito petentans melos formaret, sine dubio ipsum solamen accepturum: *Ubeat Dominus nosse, & serui tui, qui coram te sunt, quant hominem scientem psallere citharâ, ut quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua & levius seras.*

1. Reg. 9. 16.

Placuit regi consilium, & expertissimum musicum vocari fecit. Quidam aulicus Davidem proposuit, & cum non solum peritum Citharædum, sed & juvenem omnibus virtutibus exculturum, formosum, robustum, generosum, in bello fortunatum, in consiliis prudentem, in actionibus providum, eloquio faciundum; aspectu gratiosum, modestum, moderatum, adolescentem piæ & Deum timentem prædicavit, verbosum eum maxime laudavit, ejusque doctores celebravit. *Et respondens unus de pueris ait, ecce vidi filium Isai Bethleemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus est cum eo; Subintat hic Rupertus Abbas, & quoniam hic fecit aulicus tam bene Davidi affectus, ut tot laudibus eum affecterit, interrogat, Sine dubio fuerit amicus ejus intimus, falleris, hostis ejus fuit capitalissimus, & maximus inimicus. Doeg Idumæus sciebat, à Saule homines virtuosos magis quam mortem in abominatione haberi. Rege ergo sic inclinato Davidem laudavit, ut ei noceret, omnia ergo encomia in Davidem collata fuerunt incentiva furoris, & media, quibus protervus Saul incitaretur ad Davidem odio habendum, & occidendum, uti etiam fuisset actum, si David non declinasset ictum, quando? *Nisus est Saul confingere David lancea in pariete. O altitum Doeg! ô fraudolentum Idumæum? Va cum benedixerint vobis homines. Media quærent ut te exalcent, sed eo sine ut præceperas, te laudant, verum ut te trucident, prædicant tuas virtutes, sed ut mortem machinentur. Bonum volunt esse tibi instrumentum mali. Audite Rupertum:**

1. Reg. 9. 19.

Rupertus Abbas lib. in odium ipsius dixisse dicitur, quia volebat inimicitia causa & invidia irrore, ut ad Saul veniret, quatenus ibi qualibet occasione neceretur.

Psal. 39.

12. David quam exitiosus fuerit talium hostis, ex his ejus verbis deduci potest. *Ferant confusum confusionem suam, qui dicunt mihi euge, euge.*

In ruborem, & confusionem dentur, qui mihi obvi: facti humanissime me salutar, & honorum vanum exhibent, dicendo: *Euge, euge, sed quid? forsan ô terrarum caput, age seras subditis tibi debita reverentiam secundum beneplacitum tuum præstari? Divus Hieronymus ex Hebræo: Qui dicunt mihi vobis. Euge acceptum in bonam partem, vobis in malam partem. Hoc oblatum Judæi in Calvaria monte Chuliffimæ stident, & convitantes dicebant: *Vah quid dicitis templum DEI. Regius Prophecia Davidem dicere voluit: scelus enormis in regno meo non habeo, nec inventio, quam comiter aliquem salutare, & adhibere verbum euge, ut homo virtutibus vituperis vobis diffametur. Hos nunquam bono oculo vultus mei notabo: *convertantur rubrum, & referant confusionem suam.***

13. Sed David hunc a se outit serpente in liuu, & hostem in domo ignorat. Absolutus ejus filius in hac politia detestabili expertissimus erat. Sub specie zelus, sanctitatis, & præterit justitiae integritatis, quoties non stultit subornare populum, ut in partem suam insurgeret, ipsique rebellaret? Ad portam palatii heredit, & omnes quotquot intrabant audientiam apud Regem sollicitatur advocabat, & quid negotii haberent, interrogabat, eos amplectebatur, osculabatur, supplices libellos ex manu extorquebat, accipiens postulationes eorum esse honestas & iustas, nec repelli posse. *Videntur mihi sermone talibus & honesti. Sed Regem habemus, cupimus esse filium pudet, tam patens est in concedendis gratiis, & negligens in expediendis supplicibus, ut verarum ne sitis frustra laboraturis, in audientia postulantia, & etiam postea ad vestrum memoriam responsi nihil habituri. Ad viscera ulque hanc me affligit, & cum sit satis peccatrix, & tenuis, hoc emendare non possum, & quod peccata Non est, qui se audiat, confitensur à Rego. Justitia exulavit, & regimen pro hominibus non videtur esse. O vos scilicet, si in mea potestate essent, neminem inconsolatum dimitterem. Mundo ostenderem in juvene vigere prudentiam senilem. Sufficit, scio quid dicam; rogate Deum quia vestra interest, non me: *quid me cupit? stinat judicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuste judicem? Hic quid dicitis N. qui non cognosceret Absolutem, nonne eum amat? Ille, qui non penetraret ejus stratagemata, nonne eum zelare justitiam dicebat? Sed quis nescit, eum sub his prætextibus proprium spectare commodum? Rectitudinem justitiae**

sub pretextu charitatis, & elemosynæ partem nummorum illorum ex unguento vendito acquisitorum suffurari voluisse. Charitatem erga pauperes voluit sibi esse medium, quo sua furtiva exequeretur. En verba Sancti. *Ludas enim, licet studio fratris, & odio Salvatoris, sub pretextu pietatis tamen illa ipsa fallacia verba deprompsit: Irreligiosus nimium crimen proprium, sub specie religionis, dum tegere conatur, expressit.*

D. Gaud.
Brix. 13.

17. Quæso vos fas mihi sit vestra venia hoc mane relicti scripturis sacris historias profanas adducere. Nota est historia, quam refert Titus Livius. Romulus post ædificatam à se urbem Romam plures ad Sabinos legatos destinavit, ut puellas Sabinenses Romanis matrimonio jungerent, Sempet tenerent Sabinus, ut Romanorum imperium deficientibus Puellis periret. Male hoc habuit Romulum; Sed audite, quo stratagemate sit usus, Quadam die solemnissima festa, in vitas puellis Sabinensibus in honorem Neptunus instituit, Puellæ lobatissimæ comparuerunt, verum, dum maxime solemnifarent Romani jubente Romulo virgines Sabinenses raperunt: Ludos ex industriâ parat Neptuno equestri solemniter. *Inventus Romana ad rapendas virgines discursit.* Romulus itaque nullum medium aptius ad rapendas virgines putavit, quam celebrationem religiosam festi Neptuno Deo maris consecrari. O quot carnales, & mundani Ecclesiasticas, in quibus agitur aliquod festum, non ex devotione, non ut in dulgentias lucentur, non ut veniam peccatorum suorum obtineant, sed ut tractare possint de illicitis loco sacro & honori Dei, atque proximis repugnantibus, frequentari? Et revera meo iudicio homines nullum crimen committere possunt, nisi mediante virtute. Hinc dicebat Salustius, *de conjuratione Catilinar. oration. Casaris folio trigesimo septimo. Omnia mala ex bonis initiis orta sunt.* Ut pessimos conceptus exquantur, principia optima & præcipua ex armamentario virtutum accipiunt.

Tit. Liv.
11. fol. 3.
L.A.B.C.

18. Nolo id hic omittere nec præterire, quod de Dionysio Tyranno Syracusano narrat Victorinus Strigelius his verbis: *Dionysius cum pecuniâ in lib. 11. egeret, nec aliter eam comparare posset, sicut hist. 11. 11. imaginem somni à Cerere oblatum, qua jubebat ornatus solenni die convenire in templo Cereris, ut vota ibi faceret. Cum autem partim religione, partim mandato tyranniper mota in templum convulsissent, dedit mandatum militibus, ut gregem mæronarum & virginum spoliarent ornatu muliebri.*

Vit. Strig.
in lib. 11.
fol. 222.

An stratagemata pejus poterat inveniri? Sed quid dicemus de impiis impostoribus Pharisæis, qui cum Christo Redemptore nostro discursus sanctos formant. *magister quod dicit mandatum magnum in te, et non alia de causa, nisi ut occasionem habeat Christum culpandis discipulis conceptus perierunt, & stratagemata evaserunt, fictions eorum abierunt in fumos, & ut dicitur in communi proverbio, vel ut proximum diffament. Vitium est pessimum, quod reperitur vel ob proprium interesse, vel ut proximum diffament. Vitium est pessimum, quod reperitur vel inveniri potest, & omnes, præsertim hominem Christianum dedecet, qui Deum, & proximum amare & diligere juxta illam sententiam CHRISTI: *Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum.* Christianus debet agere sincere, & non subdole, sic Christianus erunt irreprehensibiles. Scio me loqui cum intelligentibus, hæc dicta sufficiant, & quiesco.*

ALTERA PARS.

DUM impij sub pallio sanctitatis non condequuntur suos malos conceptus, conjuguntur, & in vicem coadunantur contra justum, ut ei vel in vita, vel in fama nocent. Magis participat de essentia Diaboli quam hominis, Hujus facies erant Saducei, & Pharisei ideo inter se non, sed Christo adversi. Audiamus Hosteniorem. *Pharisæi & Saducei perperuo inter se pugnant, ut per nullo consentientes, præterquam in odiendo, & persequendo Christum. Hic enim peculiaris est sectarum genus, ut inter se perpetuo discordant, & unum autem similiter adversantur Christo, & unum sponsam oppugnant. Ideo scribit sanctus Mathæos convenisse in unum; Convenerunt in unum. Omnes contra justum in unum conspirant. Sic Dionysius Carthusianus: Convenerunt in unum inter se conquecentes quid Christo persequerent; & per quem modum procederent, & adverserent, ut cum multitudine magna acciderent quatenus Christum timore conquecerent. Veniunt enim, ut multitudine vincerent, quam ratione superare non poterant.*

19. In Ægypto debebat filii Jacobi, cum plurimis ejus posteris numero ferme septingentis, qui cum Jacobo volente videre Joseph ante mortem suam in Ægyptum profecti sunt, eandem, & videbimus autem quam moriar, & scilicet faceret textus, Hebræos ad Ægyptum valde male fuisse habitos, Oderant filios Israël Ægyptum, sed cur

ad hoc persecuti sunt Israelitas, quod ad amaritudinem perducant vitam eorum? Israelitae non cessant molesti Aegyptiis, imo in omnibus illis sermone, & erat ad manum: *Omnique famularum in terra operibus premebantur*. Joseph fuerat vixit interegentia & inculpata, nullus de eo conque potuit. Ergo potius debuerunt Israelitas amare, & bene habere. Poterit forsitan aliquis respondere. Fratres Josephi, dum hic esset Protex, plures offendit, & laesit putantes prius mundum, quam eorum dominum desitutum. Hinc vel ubi motem Pharaonis, vel Josephi alius Rex creatus est, qui vix notitiam Josephi habuit, & per decessit habuit, *sursum interea Rex novus super Aegyptum, qui ignorabat Josephi*. Omnes apud hanc de fratribus Josephi, ejusque nepotibus congrederentur. Potest dici haec fuisse causam, quod Aegyptii Hebraeos oderint, & male tractant, prout in similibus quorundam experientia docet. Haec responso esse posse admitti, nihilominus id plures pessima inclinationi, & naturae pravae, ex qua sine causa odierunt, & persequuntur bonos attribuit. Sic opinatur quidam Doctor Parisiensis: Ita impij sunt, ut in eos non possint. *Græco odierunt filios Israel Aegyptii*.

2. Moribundus Patriarcha Jacob, omnes suos filios accersit, utque eventus futuros praedicit, & specialiter sic allocutus est Josephum: *Eum accersens Joseph, & decorus aspectu, sed exasperant eum, iurgati sunt, invidiamque illi invidentes jacula*.

3. Sete vel in causam occurrit odio habuerunt Joseph, eumque telis persecutionum persequuntur. Nulli molestus erat, nec ulli aliquid malum intulit, cur ergo eum non reliquerunt in pace, sed semper ei insidias struxerunt. In causalem. *Erat filius accersens, & decorus aspectu*. Hoc est quotidie de virtute in virtutem proficere. *Joseph Hebraeus adolescens, verba sunt Zenonis, clarus genere, clarior pulchritudine morum, clarissimus probitate*. Secundo erat decorus aspectu, & credo eum potius locutum de decore ingenii quam corporis. Verbo: Sanctitas Josephi fuit magis attrahens perveritatem fratrum, & fuit meta, in quam ejaculati sunt sagittae persecutionum. Hoc sensu credo dixisse sanctum Gregorium: *Statim atque quis virtutem amplectitur ab iniquitate per actionem patitur*.

4. In summa: omnes pravi univertur ut pulvis occidat. Angeli sub forma peregrinorum circumstant in domo Loth, & omnes illi sceleratissimi usque ad minimum accurrerunt ad

domum Loth, eamque undique cinctur potas diffugerunt, & nisi Deus eorum temeritatem castigasset, Loth aliquid damnium recepisset. *Viri civitatis vallaverunt domum a puero usque ad senem, omnis populus simul*. Ad hoc propositum dicit sanctus Odo: *Quid ergo pravos homines mundi divites dixerim, nisi avitas quasdam humani generis, quidam contra se superbiunt, bonorum vitam unanimitate assignant*.

23. Hi, si credimus Sancto Patri Augustino, sunt instrumenta, quibus utitur Daemon, ut bonos male tractet. *Malos enim homines Diabolus serm. 81. quasi malleus, vel flagella habere consuevit, denique non persequitur bonos, nisi per malos*.

Sed agant, quod lubet, poena decum in eos relabatur. Contingit illis quod stulto, qui sagittis solem petebat, sed in illum recidebant. Præterea canis saevit in lapidem, quo fuit petrus, sed dentes ejus launt: Huc forsitan alludere volebat ille doctus Poëta sic gratioso canens:

Et canis in lapidem dentes tibi fregeris ipsi

De his mento dici potest illud Davidis: *In laqueo isto, quem absconderunt comprehensus est pes eorum, vel illud decretum legis: Dignum est fradem in suam actorem retorqueri*.

24. Sed agant, quod volunt, justi armati sunt scuto satis forti insula Chalibis, scuto integritatis scilicet, nulli ictus illud laedunt, imo sagittae perfectionum in suos auctores resiliunt. Stuant ergo insidias instat Perilli, impietas erga illos erit Phalaas. Si mihi non credant, audiant Basilium: *Consilia ad versus justos inira, in caput maligni consultantium retorquentur, quem admodum et tela qua si semel incidunt in corpus iohdam, in suos jaculatoris resiliunt*.

25. Origenes loquens de Aarone & Maria ejus sorore, concordibus ad injuste perendum servum Dei Moysen lectum, quod ex hoc retulerunt, parat: *Videbis quid sibi poena contulerint obreclatores: quid vero illi cui obreclarentur que fuerint laudis Sibi turpitudinem illi splendorem, sibi speram illi gloriam, sibi opprobrium, illi magnificentiam quis invenit*.

Si velis irritare ignem arundinibus illum percutiendo, hæc consumuntur, & igois magis augeatur. Hinc Chrysostomus: *Vide ubique temerarios magna parere bona. In malitia ilem eventus, ut si qui calamum habens praeterit contra ignem, & videtur quidem verberare ignem, ignis autem clarior fit, & calamum consumitur. Alimenti enim, & fontes claritudinis, est malicia virtutis*.

Gen. c. 19.
D. Odo. in c. 24. Job.
D. P. Aug. serm. 81.
Basil. in c. 3. 1. ja.
Psal. 9.
Basil. in c. 3. 1. ja.
Orig. ho. 7. in Numer.
D. Iou. Chrys. ho. 54. in Act.
Apostob.

Joseph
licab

Talia sunt nocumenta, quæ mali iustis referunt; venti turbant mare, sed in das uique ad eolum extollunt. Nudus agricola, grana ex paleis excutit, dum baculo indicat illas percutit. Ferrum qua in vis informè, & obdustum rubigine, à malleo politur, & formam recipit, Dani illius formam. Aurum in fornace ab igne mundatur. Quo magis credebant aquæ diluuii, eo altius arca Noë exaltabatur. Themistocles sapienter est fallus,

persecutionibus suorum concivium vitam servatam, Periclitari non perissem. Nam vera doctrina Didaci Beza: Sic universi per se ipsos iustis iustis cumulationem parvam gloriam; Naquam enim non augetur gloria ex eo quod caro iustis afflictionem. Calumnia: res ergo confunduntur, ut contingit Pharisæis, quorum nemo augetur, quiquam ex illa die eum amplius interrogat. Et ite in pace.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Confide fili remittuntur tibi peccata tua.

ARGUMENTUM.

Ostenditur eum, qui vult curare animam ab infirmitate peccati, debere tollere radicem occasionis.

Non sufficit quod doctus & peritus medicus solum bene curet corpus infirmum, & morbum pellat, sed debet applicare media efficacissima, ut causam tollat, ne infirmitas redeat; *Causa morbum fovens omnino dirimi debet, ut morbus ipse solvatur.* Dicebat ille expertus medicus corporum humanorum, nam velut doctus Philosophus cognoscebat, quod remota causa removeatur effectus; huc videret mihi alludere voluisse Eusebius Emisenus, dum non scio an loquatur de medio spiritali, vel corporali. *Dixit bonus medicus ad morbi venam, Et radicem spectat, postquam amputaverit hæc, cætera ad facilius ducit.* Quid prodest hortulano plantam cultio abscindere, si radices ex terra non evellat? nova gemina producet, quæ cum foliis prodeuntibus, quasi tot linguis dicere videntur, improvidus & imprudens fuisti, dum radice intacta plantam excidisti. En dum unam abscidisti, decem vel viginti in tuum damnum pullulant, idcirco dixit S. Nilo: *Quocirca nobis faciendum est, ut malorum radicem evellamus, hæc enim manente, rami quoque pullulabunt.*

Galenus.

Euseb. Emis.

Lib. 8.

ferto contitionis, infelicem illam plantam abscidit, si similiter radices occasionum non extirpet; Tunc enim verba sunt Cardinalis Tolletino malo perfecte subvertitur, quando occasio peccati amputatur. Sauctum consilium & salutarium monitur in hodierno Evangelio à nostro Salvatore traditum: Paralyticum corporalis infirmitatis prime animam a peccatis curavit, hæc enim causa indispositionis corporalis erat, hæc docet Strabo Fulgentis, *Eecce modus curandi, prius dimittet causam morbi, nempè tollit peccata, postea vero corpus sanat & ut occasionem habeamus proficiendi, hæc doctrina evangelicam allomemus, ocmpe volentem curare animam ab infirmitate peccati, debere simul radicem occasionis tollere.* Sic monet Gloriosa Matris, *Oportet ut deponas vitia, Et peccata præterita, Et peccati occasiones caveas.* Hanc materiam hæc discuti tractabimus, inretim sperando, quod quo magis mihi fueris silentio, eò minus molestum prolixitate me vobis futurum, & cedamur.

PARS PRIMA.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

UT effectus aliquis impediat, necesse est impedire causam, ut enim docet Cassianus

Similimodo subjungo, idem peccatori contingit, qui remedii efficacissimis sacramentorum tollit infirmitatem peccati ab anima, vel